



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De immoderatis sumptibus, luxuque, ac vano, & superfluo ornatu  
coercendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

nec vllō pacto, feria sexta, & Sabbatho, alijs item p̄scriptis diebus vlli  
vetitos cibos, quouis p̄textu p̄beat.

7 Mensē initio ab hospite, vel ab aliquo familiari benedici curet,  
adhibita in fine etiam gratiarum actione.

8 Ne virum simul, & mulierem cubare sinat, quos suspicetur mari-  
monio copulatos non esse.

9 Si quem, dū in caupona versatur, in febrim, morbumue incido-  
re contigerit, de eius egritudine statim Parochum certiore faciat,  
qui illū inuisit, & spiritualia remedia eidem quā primū adhibeat.

10 Caupo denique Christianus, itā in hospitij munere agat, vt equi-  
tate, sinceritate, & charitate vtatur, & per opera iustitiæ progredias,  
damnationē aeternā fugiat, ac in aeterna tabernacula recipi mereatur.

### De immoderatis sumptibus, luxuque, ac vano & superfluo ornatu coercendis.

#### S V M M A R I V M.

1 *Sumptus immoderati, quibus in rebus, magistratus opera, ioco-  
cendi.*

*Fucus*

*Cincinnati*

*Inaures*

*Caudatae vestes*

*Parochorum persuasionibus deponenda.*

1. De Immo-  
der. sumpt.  
coerc.



1 *Iustitiam*, & locupletibus illud semper propo-  
situm esse debet sancti Ioannis Apostoli, si quis  
habuerit substantiam mundi huius, & viderit  
fratrem suum necesse habere, & clauerit vilce-  
ra sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in  
illo? vnde facile intelligunt, quam facultates  
suas ad pauperum difficultates, & necessitatem  
subleuandam conferre debeant. Quamobrem magnopere cauendum  
est, ne subsidia pauperum in superuacaneos sumptus, & inanes delicias  
effundantur. Proinde admonemus, & enixè hortamur Principes, &  
Magistratus, vt effusam impensam, & omnem intemperantiam, certis  
legibus coercentes, modum statuunt non solum quotidianis epulis, at-  
que conuiujs, verū etiam vestibus, equis, rhedis, famulis, alijsque non  
necessarijs apparatus; & denique omni, & domestico, & externo  
ornamento,

ornamento, & instrumento moderationem adhibeant. Qua pecuniae effatione sublata, innumerabilibus malis, quae inde ortum habent, occurreretur. Quod facilius etiam fiet, si principes ipsi, quorum mores, & vivendi rationem populi plerumque imitari solent, non modo leges proposuerint; sed etiam, quemadmodum legibus parendum sit, exemplo docuerint.

2 Parochi singuli, quam maximam possunt, in eo sollicitudinem, persuadendique studium adhibeant, ut omnem luxum, cincinnorum ornatum, in aures, quod signum diaboli sanctus Augustinus nominat, fucum, & vestes in primis, quas caudatas dicunt, Parochiae suae mulieres omnino deponant. Qua in re persuadenda argumentorum vim, rationumque momenta sibi comparent, cum lex sancti Ambrosij, Patris nostri, illarum luxum graute exagitantis, libris; tum ex sancti Chrysostomi, aliorumque Patrum monumentis, in primisque ex Homelia, quam eo de genere grauissimam vit doctissimus, idemque religiosissimus, Iacobus Vitriacus S. R. E. Cardinalis olim habuit.

5. Quae ad Matr. pert.

Hoc autem omne usque adeo ab Ecclesia vetitum esse, ille ipse affirmat, ut si caudatae ad Ecclesiam accederent, sacrae communiae interdicerentur.

De Patribus familias, & Famulorum Dominis.

SUMMARIUM.

- 1 Patres familias Dominiq; quae curent in sua familia optime regenda.
- 2 Domesticae institutionis regulae populo a Parocho aliquando explicanda: quidque ab eodem cum officinarum dominis agendum. 4.
- 3 Eo in officio quid item a Concionatoribus, & Confessarijs praestandum. Patres familias hora ab Episcopo praescripta, domi cum sua familia orent. De oratione. 4.
- 5 Idem quando a Parocho in Ecclesia Parochialem conuocandi: quaeque illi tunc ab ipso edocendi. 6.
- 7 Patres familias Domini que quid a sua familia, famulisue praestari curent. Puerorum licentiae, qua ratione ab Episcopo occurrendum. De ludimagistris. 14.
- Famuli, filijque a parentibus & Dominis permittendi festis diebus Missae sacro interesse. De Missis sine cantu. 72.